



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum
Christianarum Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helgestadi[i], 1671

Cap. IX. De obitu Dionysii Episcopi Alexandriae, & successione Maximi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

In Ecclesiasten namque Metaphrasin scribit magnificentissime, & Catholicæ fidei expositionem, breviter ista continentem: *Vnus Deus, Pater verbi viventis, sapientiæ subsistentis, & virtutis suæ & figuræ, perfectus perfecti genitor, pater filii unigeniti. Vnus Deus solus, ex solo Deo, figura & imago Deitatis, verbum penetrans, sapientiâ comprehendens omnia, & virtus qua tota creatura fieri potuit. Filius verus veri, & invisibilis ex invisibili, & incorruptibilis ex incorruptibili, & immortalis ex immortalis, & sempiternus ex sempiterno. Vnus Spiritus Sanctus, ex Deo substantiam habens, & qui per filium apparuit, imago filii perfecti perfecta, viventibus causa sanctitatis, sanctificationis præstatrix: per quem Deus super omnia & in omnibus cognoscitur; & filius, per quem omnia. Et Trinitas ista perfecta maiestate, & sempiternitate, & regno, minime dividitur, neque abalienatur. Igitur neque factum quid aut serviens in Trinitate, neque superinductum, tanquam ante hac quidem non subsistens, postea vero super ingressum. Neque ita defuit unquam filius patri, neque filio Spiritus Sanctus, sed inconvertibilis, & incommutabilis, eadem Trinitas semper. Hactenus de Gregorio. Galienus Imperator, regnatis annis xv.*

CAP. IX.

De obitu Dionysii Episcopi Alexandria, & successione Maximi.

Interea Dionysius apud Alexandriam in pace ecclesiastica diem obiit, decem & octo annis functus sacerdotio. Maximus succedit. Claudius regnat annis duobus.

CAP.